



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

11. Pacucium submersum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

50 V I T A
gossypii particulam , ut regium,
quod S.NICOLAO parabat , facel-
lum hoc veluti cimelio insigniter
opulentaret. Sed unde abii, redeo
ad miracula:

IO.
S.NICO- tuos numerat & nominat Ambro-
LAVS
xxv. mor- sius Frigerius , qui Divo nostro
tuos vite veluti alteri parenti redditam vi-
gestituit.

II.
Pacucium
submer-
sum.

Quinque supra viginti demor-
tuos numerat & nominat Ambro-
sius Frigerius , qui Divo nostro
veluti alteri parenti redditam vi-
tam debent. Inter eos puerus est
nomine *Pacucius* , *Angeli* è *S.Gem-*
sio filius : qui dum incautius pro-
pter molam fortè lusitat , in can-
alem prolapsus , aquarum cade-
tium volubili impetu ejactus e-
sub ipsum tympanum , mersusque
in castello jacuit totam omnino
horam ; dum suppetias vocati ad
sunt vicini , & perticis harpagoni
busque extrahunt truncum. Mate-
S.NICOLAI , quem principe sem-
per studio coluerat , patrocinium
implorat , vovetque festum /
bi fore semper natalem ejus diem
quem jejunio anniversario præ-
niret ; puerum ad tumulum ejus
deponere , devestire , exuvias ven-
omnes dono offerre. Non satis

S. NICOLAI TOLENT.

vana vota eventus felix ostendit:
nam è vestigio pallorem cadavero-
sum exuere, oculos aperire visus
est, & vitæ plena ac valctudinis bo-
na signa darc.

Sequitur tragicus actus, sed quē
Tolentinas noster læto fine clausit,
ut tragicœ comœdia videri possit. Ia-
cobus Faciabonus ne quidē facie bo-
nus, factis verò multò pessimus fuit,
postquam mente captus non modò
nō sana loqui cœpit, sed furiis quo-
que agitatus laqueum querere, quo
se pensilem faceret. Et pependit à
trabe longa sed funesta littera. Stu-
pere principiò uxor ad barbarā ne-
cem dolore penè ipso strangulata:
mox animo & pio voto ad NICO-
LAVM versa; O prodigiis, ait, cele-
berime Divorum, si huic viro,
quam laqueo clausit, animæ viam
aperueris, afferam ad tumulum
tuum meam messem, & granarii
mei divitias in Fratres tuos dilapi-
dabo. Placuit Sancto tam luculen-
tum promissum. Ambulavit sanus
eodem die, qui pependerat, gut-
ture, quod sibi eliscerat, plenè resti-
tuto.

C 2

Eccc

I 2.

Iacobum
Faciabon-
um s. 12.
gulatum.

R III

35 C